

existentes ibidem nec a dicto portu recedentes pro isto presenti viatico alicubi nec homines seu mercationes earundem modo aliquo vel ingenio damnificare. Ad quorum dominorum Capitanei et patronorum suprascriptorum petitione nobilis vir Baldus Spinola Januensis habitator Aiacie se domino Marco Erizo baiullo Venetorum pro comuni venetiarum Aiacie et patronis navium predictorum constituit proprium plezium et appacatorem de omni damno et interesse que dictis navibus aut hominibus seu mercationibus earundem fierent per predictos contra predictas facientes: de quibus omnibus et singulis suprascriptis fieri rogarunt unum et plura instrumenta eciam de consilio Sapientum.

Actum in portu Aiacie in puppe Kalee dicti domini Aytoni.

355.

1328, *Febbrajo* 28.

Anconitani abitanti in Ayazzo.

Februarii die ultimo. Rogavit Sardellus quondam Petri de Anchona commissionem unam et plures fieri Benevenuto de Anchona habitatori Aiacie ad plenum et specialiter ad exigendum a Johane a Puteo veneto libram unam auri fillati. Testes dominus Marcus Mauroceno dictus Pentulla et Marcus de Suro.

356.

1328, *Marzo* 1-3.

Bailiano farmacista e mercanti Veneti in Famagosta ed Ayazzo.

Mill.^o CCC^o vigesimo octavo mense Martii die primo. Die tercio per virtutem et potestatem unius instrumenti carte manu Francisci q. Bonaionte de Cornaia publici apostolica et imperiali autoritate notarii scripte huius videlicet intercetera tenoris. In nomine Domini amen. Per presens publicum instrumentum pa-